

cū et altitudo descēditur, superueniēte ab alio latere radio, eademq; ni rursus ad terras deprimēte, q̄ sustulerit in calū ex priore triquetro. Tantū interest, subeant radij, an superueniāt. Multoq; eadem magis i uespertino occasu accidunt. Hæc est superiorum stellarū ratio difficilior reliquarū, et à nullo ante nos reddita.

Catholica siderū errantium. CAP. XVII.

**P**rimū igitur dicatur, cū sint diuersæ stellæ, cur Veneris stella nunquā longius XLVI. partibus, Mercurius vigintitribus à sole abscedant, sæpe citra eas ad solem reciprocet. Cōuersas habet utrāq; absidas, ut infra solem sita: tantumq; circulis earum subter est, quantum superne prædictarum: et ideo non possunt abesse amplius, quoniam curuatura absidum ibi nō habet longitudinem maiorem. Ergo utrāq; simili ratione modum statuunt absidum suarum margines, ac spatia longitudinis latitudinum euagatiore pēsant. At enim cur non semper ad quadragesimam ad partes vigintitres perueniunt? Imo uero. Sed ratio canonica fallit. Nanq; apparet absidas quoq; earū moueri, q̄ nunq̄ transeant solem. Itaq; cum in partē ipsam eius incidere margines alterutro latere, tum et stelle ad longissima sua interualla peruenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus, & ipsa ocyus redire creduntur, cum sit illa semper utriq; extremitas summa. Hinc et ratio motuum cōuersa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occasu uespertino, hæc tardissime: illæ à terra altissime absunt cum tardissime mouentur, hæc cum ocyssime. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in his extremitas circuli: Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hæc uero augere: Illæ retro cursum agūt à statione matutina usq; ad uespertinā, Veneris à uespertina usq; ad matutinā. Incipit autē ab exortu matutino latitudinē scādere, altitudinē uero ac solem insequi à statione matutina, ocyssima in occasu matutino & altissima. Digredi autē latitudine, motūq; minuere ab exortu matutino: retro quidē ire, simulq; altitudine digredi, à statione uespertina. Mercurij rursus stella utroq; modo scandere ab exortu matutino, digredi uero latitudine à uespertino: cōsecutoq; sole ad quindecim partium interuallū, cōsistit quatrduo ppe immobilis. Mox ab altitudine descendit, retroq; graditur ab occasu uespertino usq; ad exortū matutinū. Tantumq; hæc et luna, totidem diebus quot subiere, descēdunt. Veneris quindecim et pluribus subit. Rursus Saturni & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiā quadruplicato. Tanta est natura uarietas, sed ratio euidens. Nam quæ in uapōre solis nituntur, etiā descendunt ægre. Multa promi amplius circa hæc posūt secreta natura legesq; , quibus ipsa seruiat. Exēpli gratia: In Martis sidere, cuius est maxime inobseruabilis cursus, nunq̄ id stationem facere, Iouis sidere triquetro, raro admodum sexaginta partibus discreto, qui numerus sexagulas mundi efficit formas. Nec exortus, nisi in duobus signis tatum,

cæcri et leonis, simul edere. Mercurij uero sidus in p̄scibus exortus uespertinos raros facere, creberrimos in uirgine: in libra matutinos. Itē matutinos in aquario, rarissimos in leone. Retrogradū in tauro & geminis nō fieri: in cæcro uero non citra uigesimaliquintam partē. Lunā bis coitum cum sole in nullo alio signo facere q̄ geminis: nō coire aliquādo, i sagittario tatum. Nouissimam uero primamq; eadē die uel nocte, nullo alio in signo q̄ ariete conspici: id quoq; paucis mortalium contigit, et inde fama cernendi Lynceo. Non cōparere in cælo Saturni sidus et Martis cum plurimum diebus cētumseptuaginta: Iouis triginta sex, aut cū minimum, denis detractis diebus: Veneris sexagintanouem, aut cum minimum, quinquaginta duobus: Mercurij tredecim, aut cum plurimum, septēdecim.

Quæ ratio colores eorū mutet. CAP. XVIII.

**C**olores ratio altitudinum tēperat, siquidem earū similitudinē trahunt, in quarū aera uenere subeundo, tingitq; appropinquantes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior i pallorē, ardentior in ruborē, uetosus in horrorē. Sol atq; cōmissuræ absidum, extremaq; orbitæ atram in obscuritatē. Suus quidem cuiq; color est, Saturno cædidus, Ioui clarus, Marti igneus, Lucifero cædens, Vespero refulgēs, Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli cum oritur ardens, postea radians, his causis connexo visu et earum quæ cælo continentur. Nāq; modo multitudo conferta inest circa dimidios orbis lunæ, placida nocte leniter illustratē eas: modo raritas, ut fuisse miremur plenilunio abscedente, aut cum solis supraue dictarū radij uisus perstrinxere nostros. Et ipsa autem luna ingruentium solis radiorum haud dubie differentias sentit, hebetante cætera infloxxos mundi conuexitate eos, præterq̄ ubi recti angulorum competunt iētus. Itaque in quadrato solis diuidua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autem in aduerso, rursusq; minuens easdem effigies, paribus edit interuallis, simili ratione qua supra solem tria sidera.

Solis motus & dierum inæqualitatis

ratio.

CAP. XIX.

**S**ol autē ipse quatuor differētias habet, bis æquata nocte diei, uere & autumnis, & in centrum incidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ: bis permutatis spatijs, in auctum diei, bruma octaua in parte capricorni: noctis uero, solstitio totidem in partibus cancri. Inæqualitatis causa obliquitas est signiferi, cum pars æqua mundi super subterq; terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta in exortu suo consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem: quæ uero obliqua ocyore transeunt spatio.

Quare Ioui fulmina assignentur. CAP. XX.

**L**atet plerosq; magna cæli affectatione cōpertū à p̄cipibus doctrinæ uiris, superiorū triū siderū lignes eē, qui decidui ad terras fulminū nomē habeāt, sed maxie ex ijs medio loco siti: sortassis quoniā contagiū nimij humoris ex superiore circulo, atq; ardo-

ris e.

\* canonicos nēpe q̄ canones astronomicos cōdūt.

\* cogūtur